Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 1615 4° (LN 1186 4° copy 1)



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 1615 4° (LN 1186 4° copy 1)

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 1615 4° (LN 1186 4° copy 1)



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 1615 4° (LN 1186 4° copy 1)



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 1615 4° (LN 1186 4° copy 1)



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 1615 4° (LN 1186 4° copy 1)

DA
BOX



= LN 1186
ex. 1 M

BIBLIOTHECA REGIA HAFNIENSIS

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 1615 4° (LN 1186 4° copy 1)

DE PORTENTOSO
COMETA,
QVI ANNO M. D. LXXVII.

apparuit, terrifica magna ex parte ſidera, & non lumine picto, ut loquitur Plinius.

Carmen

IOHANNIS NICOLAI

Diaconi Aſloienſis & Humaniſtæ

In Norveg. [illegible]

ROSTOCHII

Impreſſit Stephanus Myliander.

ANNO

M. D. LXXVII.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 1615 4° (LN 1186 4° copy 1)

= L.N 1186
ex. 1 M

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 1615 4° (LN 1186 4° copy 1)

DE PORTENTOSO COMETA,

QVI ANNO M. D. LXXVII. apparuit, terrifico magna ex parte ſidere, & non leuiter piato, vt loquitur Plinius.

Carmen

IOHANNIS NICOLAI
Diœceſium Aſloïenſis, & Hammarenſis
in Noruuegia Superintendentis.

ROSTOCHII
Impreßit Stephanus Myliander.
ANNO
M. D. LXXVII.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 1615 4° (LN 1186 4° copy 1)

BIBLIOTHECA REGIA HAFNIENSIS

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 1615 4° (LN 1186 4° copy 1)

CONSPECTVS AVTEM & obſeruatus primùm eſt hic Co-*META* Aſloïæ in Noruegia, Anno *M. D. LXXVII.* decimo die Nouembris, inter quartam & quintam poſt occaſum Solis.

NVper vt obliqui, peragraſſet Cynthius, orbis
Signa, venenatæ cuſpidis, ampla, feræ:
Iamq; pharetratos, caput hinc CHIRONIS *ad* (*arcus*
Ferret, & occiduos, in vada ſalſa, pedes:
Viſus in auſtrali eſt dirus regione cometes
Flammanti rutilans terribiliq; face.
Cuius grandis erat moles, color aureus, inſtar
Fulgentis vultus, DELIA *virgo, tui.*
Sed tetro magis aſpectu, facieq; cruenta
Fœdior, infeſtis ignibus vſq; minax.
Protenſos radios rubeæ velut agmina virgæ
Strinxit, & eöas miſit ad vſq; plagas.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 1615 4° (LN 1186 4° copy 1)

Non ita crudelis, neq; formidabilis arſit,
Quæ fuit arctoo, ſtella propinqua, polo.
Nam licet admirando effulſerit illa nitore,
Quippe noua, & nullo tempore viſa prius:
Et quamuis clarum Cythereæ vicerit aſtrum
Splendore, & magni ſydera clara Iouis:
Non tamen æquabat ſpacioſa luce cometam,
Mole nec ingenti, aut motibus illa ſuis.
Sed neq; ſtella, faces, aliàs horrenda, Gradiui
Sic tulit accenſas, igniuomoſq; globos.
Turgida ſic fului non exarsêre Leonis
Corpora, non tauri lumina torua trucis.
Deniq; nulla ſuum vibrauit ſtella per orbem
Sic parili, tremulum, conditione, iubar.
Longa ſed hæc per inane volans incendia traxit,
Flagrauitq; diu ſtella ſtupenda nimis.
Stella ſtupenda nimis, rutilãtibus æmula flammis,
Auricomæ phœbes, ſtella ſtupenda nimis.
Lampade quin etiam motum accelerante coruſca
Flagrat, ad huc nitido conſpicienda polo.
Extulit hanc dudum riuos qui prodigus haurit,
Et gelidas vrna fundit ephebus aquas.

Hic

Hic vbi perpetuos, vno, rigidiſsima, dempto,
Sex numerat decies, Mænalis vrſa, gradus.
Forſitan Ægoceros ſæuis, primordia, flammis,
Illius ingeſsit, falciger igne tuo.
Tempore quo trepido, Phœbi Phœbeſq́ nouandæ,
Scorpius in coïtu ſpiſſa venena dabat.
Hactenus inceſſu duo ſydera penè peregit.
Regna ſimul piſces qui Nabathæa tenent.
Nunc verò pecudis Phryxeæ vellera tangens
Aurea, cornigeri, fertur ad aſtra, bouis.

Non iam quas vires habeat, quid originis, vnde
Caudata extiterit, commemorare iuuat.
Omnia, naturæ qui obtruſas vndiq; rerum,
Scrutantur cauſas, iſta referre ſolent.
Id ſaltem breuiter, cur illuxiſſe putandum
Non fruſtra hoc ſydus, commemorare libet.

Siue ſit effigies lento generata vapore,
Sydereis ardens ignibus iſta diu:
Siue ſit æternis ſtellis ſtella adnumeranda,
Seu diuinitus hæc, ſit fabricata noua.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 1615 4° (LN 1186 4° copy 1)

Haud dubiè offenſi portendit numinis iram,
Ingentes clades, & mala damna notat.
Exulat en pietas, en morum inſignis honeſtas
Exulat, & fidei iuſticiæq; decus.
Laude probos merita digneoq; exornat honore,
Nemo, vel hos ſtudiis officiisq; iuuat.
Ingenuas artes recipitq; fouetq; receptas
Nemo, ſed exploſas quilibet vrbe cupit.
Communes leges & publica commoda ſpectat
Nemo, ſibi tantùm quiſq; benigna facit.
Obtinet imperium fœdum & dominatur in omnes
Exitiale nimis crimen auariciæ.
Crimen auariciæ nimis exitiale, malorum
Cunctorum radix, obtinet imperium.
Unde ea, quæ magno vitam, diſcordia, motu
Verſat, & hanc, rapidi turbinis inſtar agit.
Hinc lites & bella, & atrox iniuria, damnum,
Cædes, conflictus, furta, rapina, furor.
Hinc aliæ peſtes veniunt, hinc liuor, & æſtus
Inuidiæ, luxus, ſpurca libido, gula.
Tum faſtus, ſimul et mendacia ſplendida, fucus,
Inſidiæ, vis, fraus, perfidia, omne nefas.

Non

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 1615 4° (LN 1186 4° copy 1)

Non igitur mirum ſi pœnas vindice dextra
Tot ſcelerum vltrices, exigat ipſe DEVS.
Exiget haud dubiè pœnas, quia (proh dolor) omnis
Conſcia ſunt generis pectora noſtra mali.
Et quotus eſt vitam qui emendet & ardua curet
Legitimeq́; obeat munia quæq; ſua?
Iugiter ad mores placidos vitamq́; probatam
Voce ſua & ſignis nos Deus ipſe vocat.
Scilicet vt viciis poſitis ſectemur honeſta,
Atq; voluntati conſona quæq; ſuæ.
Sed fruſtra Deus ipſe vocat, nihil iſta moramur
Signa, nihil viui verba tremenda DEI.
Imminet ergo grauis ceruicibus vltio noſtris,
Dura fames, enſis, tu quoq; dira lues
Inq́; dies caſus varij & diſcrimina rerum
Euenient poſthac, quæ latuêre prius.
Nam liquidò conſtat nunq̃ ſine clade cometas,
Et cœlo ardentes enituiſſe faces.
Quod certè annales, quod longi temporis vſus
Teſtantur, quod nos triſtia multa docent.
Mens quoq; præſagit damnum, quare vehementer
Concepto, trepident pectora noſtra, metu.

Non

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 1615 4° (LN 1186 4° copy 1)

Non etenim eöas tantùm diffundet in oras,
Effectus triſtes hæc noua ſtella ſuos,
Quippe pruinoſas ſua ſignificata ſub arctos
Mittet, & auſtrales occiduasq́; plagas.
Haud dubiè toto populus diſperſus in orbe
Sentiet hæc, rigido, corda premente, gelu.
Nate DEI *fer opem, noſtroq́; medère dolori,*
Parce tuo precor huic, optime Chriſte, gregi.

FINIS.

ICB
ANNo 1623.

IOHANNES CHRISTOPHORI
BOSTELL.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 1615 4° (LN 1186 4° copy 1)

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 1615 4° (LN 1186 4° copy 1)

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 1615 4° (LN 1186 4° copy 1)

1615.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 1615 4° (LN 1186 4° copy 1)